



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 91. Synodi Monasteriensis Diöcesanæ decreta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. Baptista Spinula Cardinalis S. R. E.  
A. C. 1711. Camerarius speciali edicto die vigesima  
 octava Januarii cunctis hisce Vassillis  
 injunxit, ne hunc Ducem agnoscerent,  
 nec ei contributiones in præjudicium  
 supremi Domini S. Sedi competentis  
 persolverent: cum vero ejusdem Du-  
 cis Ministri post mortem Joannis Fran-  
 cisci Marchionis a S. Thoma, Abbatis  
 perpetui Abbatix S. Benigni Fructua-  
 riensis, vacantis hujus Abbatix ju-  
 risdictionem, fructusque vacantes, quas  
 sibi Camera Apostolica jure competere  
 ajebat, ope satellitum, armataque  
 manu occupassent, & Felicianum Sau-  
 dinum Abbatix Procuratorem aliosque  
 a Papa deputatos verberibus, minis &  
 convitiis affectos ad carceres deduxi-  
 sent, eapropter Joannes Patricius Ca-  
 meræ Apostolicæ Thesaurarius omnes  
 hosce Administros intra quadraginta  
 quinque dies Romæ comparere jussit.  
 Qui cum non parerent die decima  
 septima Februarii tanquam excommu-  
 nicati vitandi palam denuntiati fuere,  
 hæc vero controversia usque ad annum  
 hujus sæculi decimum nonum tenuit.

## §. XCI.

*Synodi Monasteriensis Decreta.*

Hoc

Hoc item anno Franciscus Arnoldus de Metternich Monasteriensis Episcopus die duodecima Martii Synodum Diæcesanam celebravit, in qua præprimis statuit, ne quis ad S. Ordines promoveatur, nisi prius præstiterit juramentum juxta formulam Innocentii X. & Alexandri VII. & quidem in sensu, quem nuper Clemens XI. in sua Constitutione, quæ incipit. *Vineam Domini* declaravit. Ejusmodi juramentum ab omnibus Curatis & Monialium Rectoribus præstari voluit, præcepitque, ut libri doctrinam Jansenii concernentes Ordinario tradantur: indicibus demum suspensionis, aliisque Canonicis poenis inhibuit, ne ejusmodi libri occultentur, vel retineantur: Extendit quoque approbationem, quam antea Parochis & Capellanis pro certo duntaxat districtu dederat, ad quorumvis Sacerdotum sæcularium confessiones, etiam extra illum districtum excipiendas.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1711.  
*Hartzh  
t. 10. Conc.  
Germ.  
pag. 374.*

§. XCII.

*Præcipui ex Scriptoribus Catholicis hoc anno defuncti.*

Numerantur ex Scriptoribus Catholicis doctrina & librorum editorum præstantia inelytis non pauci hoc anno

*Cerf Bibl.  
des Auth.  
de la Congr.  
pag. 157.*

Bb 5